



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 18. Interpidum Legatorum responsum ad Cardinalis Borromæi
epistolam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæc. XVI.
A. C. 1563.

novas hæreses quasi lineas esse, quæ per varias semitas ad hoc centrum unice concurrebant, ut supremum Caput ipsi Ecclesiæ tolleretur, cum tamen perspicuum esset, sublato capite omnia membra perire. Alteram simul Epistolam scripsit Pontifex ad Cardinalem Lotharingium, in qua illi victoriam, quam Dux Guisus ejus frater sua virtute in Galliis reportaverat, gratulabatur, nec minus eidem significabat, quod Bononiam contendere statuisset, ut ejus consiliis hac in re sibi datis acquiesceret, nulla tamen ab eo facta fuit mentio de Mantuano Cardinale, qui se huic itineri opponebat, prout supra meminimus.

§. XVIII.

Intrepidum Legatorum responsum ad Cardinalis Borromæi epistolam.

Hæ literæ parum placuere Legatis, præcipue vero Borromæi Cardinalis epistola offendebantur, unde eam quantocius unacum Theologorum Romanorum animadversionibus Lotharingio Cardinali exhibebant, cui hæ mutationes minime probabantur, atque ipsimet Legati inde parum contenti videbantur, quapropter Romam scripserunt hunc in modum: „satis nobis accidit molestum, quod nobis verba

Pallav. cap. 13. num. 2.

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

„desint, quibus satis exponeremus sum-
 „mo Pontifici, ejusque consiliariis, in
 „quonam statu Concilium versetur, &
 „quam periculofum sit, quodcunque
 „aliud susciperetur consilium præter
 „pacificum illius exitum, cui adver-
 „sari videntur ea mandata, quæ nobis
 „Roma fuere transmissa: inde vero no-
 „bis obstaculum ponitur, quo minus
 „illos, qui Pontifici minus addicti sunt,
 „conjungamus, quinimo facile etiam
 „hac agendi ratione inter illos, qui se
 „illius studiosos profitebantur, discor-
 „diarum semina spargi possunt, quæ or-
 „tum ducent a cupiditate majus studium
 „ostentandi erga Sedem Apostolicam.,
 „His addebant: animadversiones Ro-
 „ma ad nos missæ Patribus, ac Theo-
 „logis Tridentinis visæ non fuere tanti
 „pretii, quantum temporis ab earum
 „Auctoribus ad id impensum: Lotha-
 „ringius quoque Cardinalis, quamprimum
 „illas pervolverat, minus se con-
 „tentum exhibuit, easque & loco, unde
 „prodierant, & Viris, qui eas dictabant,
 „indignas esse reputavit.,

„Insuper subjungebant Legati: om-
 „nibus mirum accidit, Romæ non fuisse
 „animadversum, quod tunc, si Con-
 „cilii Florentini verba non prius ex-
 „ploratis Patrum animis proponeren-
 „tur, facile excitari posset vehemens
 „de

Sæcul. XVI.
A. C 1563.

de Pontificis auctoritate disputatio,
 quæ tamen omni studio est fugienda:
 porro a Lotharingio Cardinale sub-
 inde difficultates expositæ fuere, quas
 is deprehendebat in forma Canonum
 Romæ concinnata: postquam autem
 hic cum ingenti mansuetudine expo-
 nebat, quod præsentis negotii con-
 ditio exposcat, omnium harum diffi-
 cultatum rationem non esse haben-
 dam, in hoc tandem consilium de-
 venit, quod iniquitas temporum po-
 stulet, ut tam per Doctrinæ decreta,
 quam per Canones statuatur Pontifi-
 cis auctoritas: ipse vero se arbitrari in-
 quiebat, opus esse, ut Episcoporum
 auctoritati, cum hæc sit Pontificia
 inferior, atque ab ea dependens, Pa-
 pæ potestas præponeretur, atque ideo
 Canon octavus in septimum, & septi-
 mus in octavum mutaretur: insuper
 idem Cardinalis promisit, quod ipse
 quidem operam navare velit, ut
 prior iisdem verbis, quibus Romæ con-
 ceptus erat, unico verbo ob postero-
 ris respectum adjecto communiter re-
 ciperetur, in posteriori autem oppor-
 tunas mutationes quasdam fieri oport-
 teret, quas is scripto exhibebat, erant-
 que numero quatuor. I. Nominetur
 Romanus Pontifex non simpliciter
 Christi Vicarius, sed supremus Christi
 C 5 „Vica-

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

„*Vicarius*: cum utique Episcopi quo-
que, atque etiam simplices Sacerdo-
tes sint aliquo modo Christi Vicarii
ex Canone *Mulierem*, caussa 33. quæst.
5. II. Si Canon septimus ponitur se-
cundum primam ex tribus formulis
Roma missis, deleantur ea verba, in
partem sollicitudinis, ac mere dicatur,
Episcopos a Pontifice assumptos, a
Spiritu sancto positos esse. III. Non
exprimantur functiones Episcoporum,
quin simul adjiciatur, eos posse *regere*,
ac *Sacris interdicare*, quod pertinet ad
jurisdictionem. IV. Episcopi non di-
cantur simpliciter *Majores*, sed *Superiores*
Presbyteris, quod auctoritatem
importat.

§. XIX.

*Congregatio ad concinnandum postre-
mum doctrinæ caput, & duos
ultimos Canones.*

*Pallav. c. 13.
num. 4.*

Insuper Legati in sua epistola hæc ad-
diderunt, „coegimus particularem
coetum Patrum, quorum alii Theo-
logi erant, alii autem Canonum pe-
riti, eisque adjunximus Marcum An-
tonium Columnam Archiepiscopum
Tarantinum, & Dominicum Bolonum
Episcopum Brixientem, qui omnes
confenserunt, ut hæc mutationes ad-
mittantur, desuper tamen obstrepebant
Pe-